



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

30. De mundato à Christo leproso.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

DE MVNDA-  
TIONE LE-  
PROSI.  
MEDITATIO XXX.  
EVANGELIVM.

**Q**VM IESVS de *Matt. 8.*  
scendisset de monte, *Marc. 1.*  
secutæ sunt eum tur- *Luc. 5.*  
bæ multæ, & ecce ve-  
nit ad eum vir plenus  
lepra, & vidēs IESVM  
genu flexo procidens in faciem suã  
adorabat eum, & rogabat dicens.  
Domine si vis, potes me mundare.  
IESVS autem misertus eius, exten-  
dit manum suam, & tangens eum,  
ait illi: Volo, mundare. Et cùm di-  
xisset, statim discessit ab eo lepra, &  
mundatus est. Et comminatus est  
ei, statimque eiecit illum, & præce-  
pit, vt nemini diceret. Et ait il-  
li. Vide nemini dixeris, sed vade  
osten-

542 MEDITAT. DE VITA  
ostende te Sacerdoti & offer pro-  
stimonio emundationis tuæ mu-  
nus, quod præcepit Moyses. Ete-  
gressus cepit prædicare, & diffama-  
re sermonem. Perambulabat autem  
magis sermo de illo, ita vt iam non  
posset manifestè introire in ciuita-  
tem, sed foris in desertis locis esse.  
Et conueniebant ad eum vndique  
turbae multæ vt audirent, & cura-  
rentur ab infirmitatibus suis. Ipse  
autem secedebat in desertum, & o-  
rabat.

FIGVRA.

4. Reg. 5.

**N**AAMAN Syrus existens le-  
prosus abiit questum Helisæi  
Prophetam, per quem à lepra mundatus  
datus est.

CONSIDERATIONES.

Punct. 1.

**C**ONSIDERA, quomodo des-  
cendente IESV de monte, sequente  
sint eum multæ turbae. Multo tempo-  
re manserat IESVS in vertice illius  
montis, vbi cælestis Magistri instar lo-  
gum illum sermonem omni laude di-  
gnū ad suos discipulos habuit; in quo  
Summa omnis Philosophiæ Euāgelicæ  
con-

contineret. in illo enim docuit & in-  
 formavit eos de modo orandi, proxi-  
 mos amandi & iniurias illis cōdonan-  
 di, viamque salutis hominibus traden-  
 di: Hunc montem non ascendit turba;  
 quia tam sublimis doctrinæ capax non  
 erat, sed pauci numero discipuli, quia  
 pauci sunt qui Christū per viam angu-  
 stam & arduā perfectionis sequantur;  
 infinitus verò numerus stultorum qui  
 per humiles & lutulentas huius mundi  
 vias errant & vagantur. Quid verò  
 aliud hoc factō Dominus indicare vo-  
 luit, nisi, dum ille in monte sublimi  
 suæ diuinitatis egit, dum in forma  
 Dei lucem illam inaccessibilem inha-  
 bitavit, paucos fuisse qui illum imita-  
 rentur, paucos amicos in mundo ha-  
 buisse qui eum amarent, colerent, ve-  
 nerarentur, quemadmodū oportebat:  
 at postquam seipsum exinanivit, & in-  
 clinatis cælis ex sublimi Maiestatibus suæ  
 solio descendit ad humilitatem nostræ  
 humanitatis; postquam verbum divi-  
 num factum est caro, & virtus omni-  
 potens se nostræ infirmitate vestiuit,  
 secutæ sunt eum turbæ multæ. Tunc  
 mundus, qui id temporis adhuc graui  
 somno erat oppressus, cœpit oculos  
 aperire, & in cælum tollere, & infinita  
 boni-

*Eccl. 2.*

*Phil. 2.*

*Psal. 19.*

VITA  
 r prot  
 uæ mu  
 s. Ete  
 diffama  
 at autem  
 iam non  
 n ciuita  
 ocis esse.  
 vndique  
 & cura  
 is. Ipse  
 m, & o

stans le  
 Helisai  
 munda

ES.  
 odo def  
 , sequit  
 o tempo  
 ice illius  
 nstar lo  
 laude di  
 ; in quo  
 uagelica  
 con

bonitate, caritate & misericordia Dei erga se obstupefactus, toto corde capit eum amare, reuereri, totumque se in suum seruitium offerre. Fuit ergo necessarium Deum ad nos descendere, vt homo vicissim posset ad eum ascendere. Valde autem conueniens fuit sapientię & benignitati diuinę, Deum specie humana ad docendos & instruendos homines venire, vt non solum iustitię suę documentis, verum etiã illustribus vitę suę sanctiss. exemplis & factis eos ad imitationem sui prouocaret.

2. ECCE venit ad eum homo leprosus. Dum CHRISTVS perstitit in monte, nullus æger ad eum conscendit, sed mox atque in vallem descendit, aduenit leprosus. Benè apparet bone IESV te venisse ad saluandum peccatores, & idè nomen quoque Saluatoris assumpsisti, venisti vt medicus ad nostras infirmitates curãdas, ad sanandam spiritalem nostram lepram, imò ad eam rectius sanandam, eam in te suscepisti, factus velut leprosus, vt iam olim prædixerat Propheta. *Et reputauimus eum quasi leprosum & percussum à Deo, & humiliatum.* Quid igitur mirum, si hic leprosus veniat ad te? si æger adiungat se medico.

homo

*Esa. 53.*

homo peccator illi, à quo solo potest expectare salutē? Adiungit se non tam corpore, quàm viua cordis fide, & hinc pud factus sua seditate, proiecit faciem suam in terram, illinc vt humilis suam ægritudinem confitetur, & remedium exposcit. Quare merito à Domino exauditus, à lepra mundatus est.

3. VERVM cur dicimus hunc leprosum adisse Christum, & nō potius, attractum fuisse à Christo? Certē nec Magdalena pœnitens, adducta fuisset ad quærēdum in domo Pharisei Christum, nec Cananæa ad petendam sanitatem filia, nec Centurio ad sanitatem sui famuli, sed nec Hæmorrhœissa ad Christum tangendum, si nō hi omnes prius à Christo attracti fuissent. Huius rei argumentum est humilitas, deuotio, fides, quæ isti omnes se adiunxere Christo, quæ virtutes non aliud erant, quàm dona & beneficia gratuita ipsius CHRISTI. ô si quis oculis cernere potuisset, quæ ratione Dominus occultè in eorum mentibus vim suam exeruerit, quanta suauitate eas disposuerit, quanta dulcedine eas ad se pertraxerit. Considera quanta sit diuini amoris potentia. Si enim potuit DEVM è cælo detrahere in terram, quid mirum, si homi-

hominum corda possit attrahere ad se-  
lum? Tractus ergo fuit à CHRISTO &  
hic leprosus, quia prius ab eo in ani-  
ma, quā in corpore sanatus est: & idē  
tanta humilitate, tanta reuerentia &  
fide ad Christum accessit, adorauit, &  
ab eo, diuinam confessus potentiam,  
remedium postulauit dicens. *Domine s-  
uis, potes me mundare.*

4. **CONSIDERA**, paucis his ver-  
bis perfectam orandi formam conti-  
neri, quam plenē nobis tradidit lepro-  
sus. Si enim nō tenuisset rectum oran-  
di modum, tam citō à Domino exau-  
ditus non fuisset. Primò igitur adhi-  
buit orationi suæ profundam cordis  
submissionem, flexis genibus & facie  
in terram demissa CHRISTVM ado-  
rando; scriptum enim est, Dominum  
respicere in orationem humilium, nec  
spernere preces eorum. Leo animal  
alioquin elatum & generosum, non  
solet nocere ijs hominibus (vt fertur)  
qui se demittunt in terram coram i-  
pso. Quid ergo faciat infinita & sum-  
ma generositas Dei, quando homo  
supplex se abijcit ad eius pedes? Secun-  
dò humilitati adiunxit viam fidem,  
quæ quantū valeat ad impetrandum ex-  
pressit ipse Dominus his verbis. *Omnia*  
*que*

*Psal. 101.*

*quæcumque orantes petitis, credite, quia acci-* *Marc. 11.*  
*pietis, & euenient vobis* Hanc autem fidem  
 demonstravit leprosus, quia non dixit,  
 ut alius quidam; *Si quid potes, adiuua* *Marc. 9.*  
 nos sed agnita eius potentia, dixit, *si vis,*  
*potes me mūdare* Non dixit cum Centu- *Matt. 8.*  
 rione, ut verbo mandaret, nec cū Prin- *Ioan. 4.*  
 ceipe illo rogante, pro filiæ suæ salute,  
 ut imponeret manum, sed ut vellet  
 tantum; ita sanum fore: atque si dice-  
 ret, De potentia tua non dubito, sed  
 tantum de voluntate, nec etiam de  
 voluntate, nam noui quàm sis benignus  
 & misericors, sed tantum de sapi-  
 entia tuâ iudicio. Licet enim summe  
 sis bonus, & velis quicquid bonum est,  
 tamen ignoro, num quod peto sit bo-  
 num mihi: Sensui quidem & carni  
 bonum videtur, an verò æquè spiritui,  
 dubito: quare tantum meum deside-  
 rium propono, sed tuæ voluntati sub-  
 mitto. Quibus in verbis considera ter-  
 tiam conditionem, nempe, obedientiã,  
 quæ debet perfectæ orationis comes es-  
 se indiuidua, nunquã præscribendo in  
 petitionib. nostris Deo aut certum tem-  
 pus, aut locum, aut modum, sed semper ple-  
 nè se eius voluntati, paternæq; prouiden-  
 tiæ subiiciendo, maximè in rebus tempo-  
 raliibus, cū nobis non constet, quid nobis  
 ma.



348<sup>r</sup> MEDITAT. DE VITA  
magis conueniat, vel vtilius sit ad salu-  
tem nostram.

3. CONSIDERA hoc leprosi factio-  
nem non solum instrui nos quanta humili-  
tate, fide, & resignatione conferre nos  
debeamus ad orationem, & nostras pe-  
titiones offerre Deo, sed etiam quam  
salutares hominibus sint infirmitates,  
nam forte leprosus, antequam in hunc  
morbum incideret, Christum non ag-  
noscebat, & parui illū faciebat, at post-  
quam percussus est lepra, vides quanta  
solicitudine CHRISTVM qua siue-  
rit, quanta patientia, antequam è mon-  
te descenderet, eum expectarit, quanta  
humilitate adorarit, & Deum ac Salua-  
torem suum confessus fuerit. Vnde bene  
dixit Propheta: *Multiplicatae sunt in-  
firmitates eorum, postea accelerauerunt.* Et  
alibi. *Imple facies eorū ignominia, & que-  
rent nomen tuum Domine.* Probè id nouit  
benignissimus noster Pater. Vnde ho-  
minibus obduratis, vel amore rerū ter-  
renarum huius mundi inuolutis, im-  
mittere solet aliquādo afflictiones, vt  
quod facere respuebant dum essent sa-  
ni & incolumes, flagellis & calamita-  
tibus impulsī facere cogantur, per pec-  
nitentiam ad DEVM redeundo, & di-  
uinis eius manibus se resignando.

*Psal. 15.*

*Psal. 82.*

6. EX.

VITA  
sit ad salu-

rosi facto  
ta humili-  
ferre nos  
ostras pe-  
am quam  
irmitates,  
am in huc  
non ag-  
t, at post-  
es quanta  
quæ siue-  
m è mon-  
t, quanta  
ae Salua-  
Vnde be-  
te sunt in-  
erunt. Et  
a, & qua-  
id nouit  
Vnde ho-  
rerū ter-  
utis, im-  
nes, vt  
essent sa-  
alamita-  
per pœ-  
lo, & di-  
do.  
EX-

CHRISTI. PARS I. 549

6. EXTENDENS IESVS *manum te-* *Ioan 4.*  
*stigit eum.* *Matt. 9.* Considera mirabilem hinc  
sapientiam, inde bonitatem Domini:  
nam rogatus alibi à Principe illo, vt  
imponeret filiæ defunctæ manum, nō  
tactu, sed solo verbo eam resuscitauit:  
hunc verò leprosum, qui petit, nō tan-  
gi, sed solo voluntatis imperio sanari,  
voluit tangere. Quod procul dubio  
Dominus fecit, vt Princeps ille confir-  
maretur in fide diuinitatis, quia puta-  
bat ad excitandam filiam, necessariam  
esse præsentiam Christi corporalem: huic  
verò leproso, quoniam videbat eum in  
fide ardentem, plus præstare voluit,  
quàm postulabat, tangendo, scilicet,  
eum suis manibus: quod Christus fe-  
cit in signum beneuolentiæ, vt osten-  
deret quàm grata sibi fuisset eius con-  
fessio: vnde & verbis benignissimis re-  
spondit, *Volo, mundare.* quasi diceret.  
Quia confiteris me posse; & mundan-  
dum te credis, si ego velim, idcirco tibi  
denuncio, me velle, & ideo sis munda-  
tus, tu non hæres anceps in credendo,  
& ego non hæreo tardus in sanando.  
tu non distulisti confessionem, nec e-  
go differo tuam mundationem. Et quã  
aliam, dulcis IESV, poterat hic æger ex  
ore tuo benedicto expectare responso-  
nem,

## 350 MEDITAT. DE VITA

nem, nisi diceret, *Volo?* Nam cum sic  
 totus bonus, non potes velle nisi bo-  
 num, & ideo ex ore tuo nulla verba au-  
 diuntur nisi de pace, salute, & vita. Imò  
 verisimile est, Saluatorem, quoniam  
 illo temporis puncto in persona lepro-  
 si considerabat nostram infirmam na-  
 turam, ob cuius salutem in mundum  
 venerat, visceribus eius misericordia  
 commotis vix expectare potuisse, do-  
 nec leprosus petitionem suam propo-  
 neret, sed statim magna promptitudi-  
 ne respondisse, *Volo* quasi diceret. Ob  
 quam aliam causam ego de cælo de-  
 scendi? quid aliud volo aut quæro ego,  
 nisi salutem tuam, quam iam à me po-  
 stulas? itaque si non dubitas de mea  
 potestate, non debés quoque dubitare  
 de voluntate. VBI & illud considera,  
 voluisse Dominum diuinæ manus sue  
 tactu sanare leprosum, ad exprime-  
 dum sublime suæ incarnationis mys-  
 terium: cum enim humana natura  
 specie leprosi in hac valle lachryma-  
 rum iaceret, nec ab vlla creatura, vllò  
 antidoto erigi posset & iuuari, mis-  
 rus eius Creator in terram descendit, &  
 sacratissima humanitate sua in suam  
 diuinam personam assumpta, quasi  
 manu attingens, hominem mundauit  
 &c

& à peccati lepra liberavit. Sed heu, benedictè IESV, sanitas quidem huius leprosi vno verbo, & contactu leui effecta est, at sanitas animæ nostræ non potuit effici nisi profusione sanguinis & vitæ, extremisque tui sacrati corporis cruciatibus.

7. VERVM, bone IESV, cur eum *Leu. 14.* tetigisti, cum tactus leproforum diuina lege sit vetitus? Verè lex mandabat, ne homo mundus tangeret immundum, ne ab eo inquinaretur: sed tu Medicus cælestis, qui potestatem habebas sanandorum non solum corporum, sed etiam animorum, tangendo homines immundos, minimè violabas legem, sed potius præstabas. Finis enim legis alius non erat, quàm hominum mundities & sanitas: verum tu non solum eras immunis ab omni contaminatione, sed etiam tactu alios mundabas, nec solum à corporali, verum etiam spiritali lepra, totum enim hominem perfectè sanabas. Quare manus CHRISTI tactu non inquinabatur, sed purgabat, non fiebat infirma, sed curabat aliorum infirmitates. Deinde tangendo leprosum Dominus non violauit legem

legem, quia non tetigit leprosum: nam  
 d. n. benignam suam manum exten-  
 dere cœpit, ita fugit lepra, vt prius le-  
 profus mundaretur, quàm attingere-  
 tur. O salutaris manus, manus vere Sal-  
 uatoris, quam fugiunt omnia mala, &  
 à qua procedunt omnia bona; Manus,  
 quam si semel à nobis retraxeris o-  
 mnes in nihilū recidimus, si porrexe-  
 ris, omnia benedictione complentur.

*Psal. 103.* O bone IESV. si tuam diuinam manū  
 extenderes supra me, quātis gratis im-  
 pleres animam meam, & quot infir-  
 mitatibus & malis, quibus continen-  
 ter affligitur & opprimitur eam libe-  
 rares?

8. MINATVS est IESVS leproso,  
 præcepitque ne cuiquam diceret se sa-  
 natum. Cur verò, bone IESV, tam ar-  
 ctum silentium huic homini imperas?  
 an fortè non attinebat ad tuæ Maiesta-  
 tis gloriam, vt magnifica opera tua o-  
 mnibus manifestarentur? vel timebas  
 fortè periculum aliquod vanæ gloriæ,  
 cui meritò debetur omnis honor &  
 gloria? Non timuisti profectò pro te,  
 sed pro nobis duntaxat, qui sumus le-  
 uiores festuca, & folio à ventis agitato  
 instabiliore: quare dulcissime Domi-  
 næ totum illud silentium imperasti ad

nostram utilitatem : nam licet non ignorares illum hominem rem non caelaturum, sed ubique tantum beneficium prae dicaturum, tamen ad nos informandos, quantum ad te spectabat, voluisti effugere omnem ostentationem. Non volebat humilis IESVS praedicari & laudari, sed totam laudem & gloriam Patri suo caelesti attribui. Dicit quoque potest Dominum non absolutè id venisse leproso, sed tantum quousque se praesentasset Sacerdotibus, & ab illis declaratus mundus, ad remouendam ab illis omnem scandali occasionem. Vbi perpende profundam Saluatoris humilitatem, quod, quamuis ipse haberet potestatem mundandi leprosos, & omnis generis morbos curandi, nihilominus ubi iudicium sacerdotum requirebatur, nolebat eos sine eorum calculo censerì mundos. Misit quoque leprosos ad Sacerdotes, ut intelligerent ipsum esse supra legem & Sacerdotes: Lex enim tantum tradebat modum cognoscendi lepram, vim autem curandi non dabat. Similiter Sacerdotes tantum poterant, iudicare, num leprosus esset mundatus, nec ne, mundare tamen non poterant unde & misit Dominus leprosum ad Sacerdotes, ut cognita ex

A a hoc

hoc miraculo diuina Saluatoris virtute, permouerentur ad credendum illi, & si nollent credere, redderentur inexcusabiles.

9. CONSIDERA denique quomodo Dominus ei præceperit, vt in testimonium gratitudinis offerret munus suum in templo: ex omnibus enim oblationibus quas diuinæ Maiestati facere possumus, hæc vna est de gratissimis: Homo enim miser & mendicus, non aliud habet offerre Deo in beneficiorum ab eo receptorum remunerationem, nisi laudes, benedictionem, & gratiarum actionem. Beata anima, quæ pro quoque beneficio oculos suos attollit in cælum, & quotidie rependit gratias suo creatori: vt enim Deus pluit in nos continuis donis & benefecijs, sic nos continuo ei reddere gratias & benedictiones debemus; atque hoc est animam habere oculos Columbarum, quæ sapius solent oculos attollere in cælum. Hoc facit anima formosa & speciosa in diuino conspectu. Et hæc sunt voces, de quibus dicit Propheta. *Vox exultationis salutis in tabernaculis iustorum*, qui nunquam laudandi Dei finem faciunt, & primo quidem vocibus exultationis, nam

*Cant. 1.*

*Psal. 117.*

*salutis in tabernaculis iustorum*, qui nunquam laudandi Dei finem faciunt, & primo quidem vocibus exultationis, nam

oris virtute,  
 um illi, & si  
 ar inexcusa-  
 nique quo-  
 rit, vt in te-  
 ferret mu-  
 ribus enim  
 e Maiestati  
 est de gra-  
 fer & men-  
 erre Deo in  
 rum remu-  
 benedictio-  
 m. Beata  
 beneficio o-  
 m, & quo-  
 eatori: vt e-  
 ntinuis do-  
 ontinuò ei  
 ones debe-  
 habere ocu-  
 pius solent  
 Hoc facit  
 in diuino  
 es, de qui-  
 tationis  
 , qui nun-  
 aciunt, &  
 ultationis,  
 nam

am ex gratitudine erga Deum in iustis  
 anta oritur lætitia, vt faciat eos quasi  
 cultare, & signis externis consolatio-  
 nem internam, quam in cordibus sen-  
 tiant declarare. Deinde vocibus salu-  
 tis, nam gratitudo erga Deum efficit nõ  
 solum vt anima perseueret in gratia  
 Dei, sed etiã vt disponatur ad alia mul-  
 ta beneficia spiritalia à Domino recipi-  
 enda. Tu ergo anima mea, quia citra o-  
 mne tuum meritum, imò non obstãri-  
 bus infinitis tuis demeritis, Deus tam  
 bonus erga te fuit, si aliud non habes,  
 nec potes, ad minimum pro tot pecca-  
 tis tibi condonatis, pro tot malis, à qui-  
 bus te liberauit, ac denique pro tot be-  
 neficijs gratuitis, qui tibi præstitit con-  
 tinuas ei laudes reddas & gratias, dicēs  
 cum Propheta, *Benedicam Dominum in o-  
 mni tempore, semper laus eius in ore meo.*

## COLLOQUIUM.

**O**rabis CHRISTVM Dominum  
 quoniam ipse de paterni throni  
 monte descendere voluit in vterum  
 Beatus Virginis, vt generis humani le-  
 pram sanaret, dignetur gratiæ suæ ma-  
 num extendere, & animam tuam va-  
 rijs peccati maculis leprosam tangere,

Aa 2 solus



Ezech. 18.  
33.

solus enim ille, si velij, eam mundare  
& sanare potest; cumque ille dixerit se  
nolle mortem peccatoris, sed ut cōuer-  
tatur & viuat, animæ tuæ quoque hoc  
beneficium præstare velit, ut non mori-  
atur, sed conuertatur & viuat. Secum in  
æternum.

## DOCUMENTA.

1. **CHRISTVS** post traditam doctrinam descendit ad turbas & miraculorum operationem: unde hauriuntur duo documenta. Alterum pro hominibus spiritualibus, qui tendunt ad vite perfectionem, ut dum necessitas proximi ita postulat, supersedere debeant exercitijs internis, alijsque sanctis occupationibus, & demittere se ad iuuandas animas proximorum. Alterum est pro Prælati & Euangelij prædicatoribus, qui ad imitationem **CHRISTI** opere debent præstare, quod verbis alios docuerunt.
2. **LEPROSVS** non petijt absolute à Christo, ut se mundaret, sed dixit, Si vis, potes me mundare. unde discimus, quâdo aliqua egritudine corporali grauati sumus, non debere nos à Deo absolute petere sanitatem; sed committere ipsius beneplacito, ut faciat quod magis conueniat nostræ salutis.
3. **CHRISTVS** non refugit tantopere leprosum,

VITA  
m mundate  
lle dixerit fe  
ed vt couer-  
quoque hoc  
t non moti-  
uat secum ia

A.  
m doctrinam  
miraculorum  
duo documen-  
ritualibus, qui  
vt dum neces-  
sedere debeant  
et is occupatio-  
audas animas  
Prelatis &  
d imitationis  
are, quod ver-  
soluere à Chri-  
si vis, potes  
quādo aliqua  
anus, non de-  
sanitatem sed  
vt faciat quod  
nt opere lepro-  
sum,

quem Scribe & Pharisei vix dignaban-  
tur aspicere: vt daret nobis exemplū benigni-  
tatis, & commiserationis, ne facile ab infir-  
mitatibus aliorum quantumuis horrendis &  
abominandis abhorreamus.

4. CHRISTVS sanans leprosum attingit  
eum manus: ve indicaret quā magna infir-  
mitas sit peccati, quod per illam lepram fuit  
significatum: Nam velut lepra ex omnibus  
morbis, maximè est abominabilis, & curatu  
difficilis: Sic quando peccatum illabatur in a-  
nimam, ita eam contaminat, & demonis po-  
testati subijcit, vt opus sit manu Dei, & auxi-  
lio speciali, vt homo ab eo liberari possit.

5. Lepra corporalis, secundum Scripturam,  
quinque modis fuit curata. Primò lauando 4. Reg. 5.  
se aqua, vt fecit Naaman Syrus. Secundo, c. Leu. 14.  
ostendendo se sacerdotibus, vt fecerunt decem  
leprosi. Tertiò separando se ab alijs, vt Maria Luc. 17.  
soror Moysis. Quartò, abscondendo se, vt manus Num. 12.  
Moysis, quam abscondit in sinu. Quintò, tactu Exod. 4.  
manus Domini, vt hic leprosus. Sic nos quinq;  
modis mūdatur à lepra peccati: Primò lachry-  
mis contritionis, quæ lauāt animam. Secun-  
dò, ostendēdo se Sacerdoti per Confessionem.  
Tertiò, si pœnis & censuris Ecclesiasticis sepa-  
remur à consortio fidelium. Quartò, ingressu  
& clausura religionis. Quintò, quando Domi-  
nus nos aut internis inspirationibus, aut flagel-  
lis tribulationum tangit.

ad 3. 6. CHRI-

Matth. 6.

6. **CHRISTVS** mandauit leproso, ne manifestaret hoc miraculum, ad nos commonefaciendos, ne predicandis, diuulgandisq; nostris bonis operibus ostentationem & gloriam aucepemur, sed desideremus potius ea hominibus esse abscondita, soli autem Deo patere secundum illud consilium Euangelicum, Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.

7. Nos quando infirmi sumus, recordamur Dei, eumq; inuocamus cum magno emendandae vitae desiderio; at post recuperatam ualitudinem obliuiscimur omnium: & ideo **CHRISTVS**, ut doceret nos, & quae tempore sanitatis ac aegritudinis Dei meminisse, eiq; gratias agere mandauit leproso, ut offerret Deo aliquod munus, gratiasq; pro beneficio sanitatis accepto ageret.

8. **CHRISTVS** ideo mittebat leprosos ad Sacerdotes & mandabat ut offerrent sacrificium, ut intelligeret peccator, etiamsi quando à Domino per contritionem tactus est, expurgetur à peccati lepra, se nihilominus obligatum esse ut se offerat Sacerdoti per Confessionem, ut expleat satisfactionem, quae ab illo ei imparsita fuerit.

9. **CHRISTVS** in ciuitate & locis publicis predicabat, & infirmos sanabat, sed postea in desertum, vel montem se recipiebat ad orandum, ut daret nobis exemplum uirtutisque vitae, actiuae, & contemplatiuae, atq; intel-

leproso, ne ma-  
os commonefa-  
andisq; nostris  
gloriam aucu-  
a hominib. esse  
tere secundum  
Nesciat fini-  
tua.

ligeremus, non debere nos ita deditos iuuādis  
proximis, vt negligamus studium orationis  
ad iuuandos nos ipsos: & contrā, ne ita dediti  
sumus orationi, vt proximos negligamus. Itaq;  
ita partiri debemus occupationes, vt amor Dei  
non impediatur amorē proximi, nec amor proxi-  
mi imminuat, vel etiam impediatur amorē Dei.



# DE SANATO SERVO CENTV- RIONIS.

## MEDITATIO XXXI. EVANGELIVM.



VM autem introisset *Mat. 8.*  
Iesus Capharnaum Cē- *Luc. 7.*  
turionis cuiusdam ser-  
uus malè habens erat  
moriturus. Et cū au-  
disset de Iesu, misit ad eum seniores  
Iudæorum rogans vt veniret, & sana-  
ret seruum eius, dicens. Domine, pu-  
er meus iacet in domo paralyticus;

Aa 4 &

, recordamur  
igno emenda-  
ratam vultu  
ideo CHR-  
mpore sanita-  
e, eiq; gratias  
vret Deo ali-  
ficio sanitatis

at leproso ad  
rrent sacrifi-  
iam si quando  
s est, expar-  
nus obligatū  
nfe sionem,  
illo ei impo-

locis pu-  
sanabat, sed  
e recipiebat  
lum vrin-  
e, atq; inte-  
lige-